



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese einen Antheil an  
Klein-Rossow, am 4. Juni 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XVIII. Markgraf Ludwig verleiht dem Johann von Hohenhausen, Bürger zu Osterburg, einen Hof in Steghe, am 15. Dezember 1334.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXquarto, feria quinta post Lucie, in Arnburg. Contulimus Johanni de Hohenhus, cui in Osterburg suisque ueris heredibus curiam in Steghe cum decima et cum omni iure, liberam ab omni precaria denariorum et frumenti et ab omni seruitio, eodem modo et iure, quibus eandem curiam dicti de Castiel tennerunt et habuerunt, iusti pheodi tytulo quiete et pacifice possidendam, Juribus nostris salvis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XVI.

XIX. Markgraf Ludwig gestattet den Verkauf eines Burglehns zu Osterholz, welches Gerhard von Arneburg besessen, an Hermann von Schwarzenholz, mit Uebertragung des Lehndienstes auf Storkow, am 30. Juli 1337.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., quarta feria post iacobi Apostoli. Contulimus et presentibus conferimus strenuo uiro hermanno de swarzenholze suisque ueris legitimis heredibus curiam dictam osterholze cum supremo et infimo iudicio nec non cum singulis et uniuersis ceteris suis, seruitio dextrarii et pheodo castrensi duntaxat exceptis, eo modo, forma, iure, consuetudine, quibus ipsam curiam strenuus vir gerhardus de arneburg tenuit et possedit, quiete et pacifice possidendam. Annuimus enim, quod idem gerhardus de arneburg dictum dextrarii seruitium et pheodum castrense supra dicta curia habitum, supra villam et curiam dictam storkowe transportauit et transtulit, sic ut nobis de dicta villa et curia seruire tenetur, sicuti prius de priori curia tenebatur. In cuius etc. Testes etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. LVI.

XX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Kreuefe einen Antheil an Klein-Roskow, am 4. Juni 1343.

Ludovicus etc. Cum pia deuotio eiusque consideracio apud altissimum eterne remuneracionis premia largiri solite sint seu conferre, quorum pretextu seu consideracione honorabilibus et deodicatis personis Priorisse totique conuentui claustri creuefe ordinis sancti benedicti tam presentibus quam succedentibus ob id, ut omnium rerum creditorem (creatorem) pro salute, saluacione et conseruacione animarum magnificorum principum marchionum Brandenburgensium predecessorum



nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum ac successorum nostrorum deuotis et indefinitibus suis inuocacionibus inuocent et inclament, appropriauimus et appropriare presentibus decreuimus XXIII<sup>o</sup>. frustra annuorum reddituum, in villa parua Rossowe sita, cum singulis et uniuersis suis pertinentiis, iuribus, honoribus, libertatibus, commoditatibus et gratiis, quibus prenotata frustra siue redditus strenui viri Arnoldus et Henricus de Rossowe, fideles nostri dilecti, a nobis tenuerunt et possederunt, in antea sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus possidenda, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni ac proprietatibus quibuscunque, que nobis in premissis competebant vel competere possent aliqualiter in futurum. In cuius etc. Testes dux de decka, comes de swartzburg, heinricus de Ryfach, curie nostre magister, Johannes de Buch, Otto de Helbe cum ceteris. Datum Sehufen, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>., feria quarta in festo pentecostes.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 15. No. XXXIX.

XXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Kreueße einen Hof mit 5 Hufen im Dorfe Storbeck, am 29. September 1343.

Ludowicus etc. Honorabilibus et deodicatis personis prioris et totique conuentui claustru creueße, ordinis sancti Benedicti, verdenensis dyocesis, deuotis sibi dilectis, salutem et noticiam subscriptorum. Pro pretendentes affectu anxietates, turbaciones ac dispendia plurima, quibus vos disensionibus inter duces Brunswicensium etiam et nos subortis perplexas grauiter fore nouimus releuare, ut diuinus cultus per vos debitis et vicibus eo diligentius peragatur et ob salutem ac perennem memoriam animarum magnificorum principum predecessorum nostrorum marchionum Brandenburgensium bone recordacionis, nostri, heredum et successorum nostrorum, vobis nec non conuentui vestro appropriauimus et appropriare presentibus decreuimus curiam in villa sterbeck sitam cum V mansis, quorum mansorum quilibet XV modios siliginis soluet annuatim, quam curiam et mansos predictos Cöpkynus et Nycolaus dicti Nyendorph a nobis tenuerunt et possederunt, in antea cum omni iure et proprietate seu cum singulis pertinentiis eidem videlicet curie et mansis ex debito vel ex iure pertinentibus sine impedimento quolibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus pertinendam, Mandantes officiatu seu aduocatu nostris seriose, ne de curia seu mansis prenotatis de cetero aliquam precarie seu seruicij personalis siue realis angariacionem extorquere presumant nec repetere quomodolibet ab eisdem, Renunciantes omni iuri, actioni seu impetitioni, que nobis in premissis uidelicet curia et mansis competebant vel competere possent aliqualiter. In cuius etc. Testes decke, Swartzburg, hufener, Lochin, Bombrecht et helbe et gerardus wolf. Datum Stendal, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>., feria secundâ, die beati Michaelis archangeli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. LXXXV.